



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Historia De Maria, Qvando Christum iam mortuum in sinum suum
deposuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

sus fuerit. Vade & ei Ioannem in filium assignauit, ac Ioanni ipsam in matrem tradidit.

3. Contemplare, quomodo **MARIA** in sui dilecti **IESV** morte, omnibus alijs matribus desolator fuerit, eo quod praesens nullam opem ferre posset filio inter tot tantaq; supplicia animam agentis.

DOCUMENTA.

1. *Fili, quoties uideris effigiem Christi crucifixi, cogita filium Dei pro tuo peccatis in crucem actum, & sic eius cum **MARIA** habebis compassionem.*

2. *In tuis necessitatibus recurro ad **MARIAM** quia in persona Ioannis **CHRISTVS** nos omnes ei dedit in filios, & ipsam in matrem nobis.*

3. *Si Christus & **MARIA** in hac uita santas afflictiones habuere, cur tu cogitas uiuere sine aduersitate, & in continua consolatione?*

HISTORIA DE MARIA, QUANDO
Christum iam mortuum in sinum suum deposuit.

Mat. c. 19. **M**ARIA stabat ad pedem crucis
Mat. c. 27. quando moriente **IESV** oblitus
Marc. c. 15 ratus est Sol, & terra contremuit. Cumq;
& Luc. 6. optaret dilecti filij corpus in sua brachia
23. demitti, ecce tibi militē lancea latus eius
perforantem. Nec dubium est, quip
dem

MEDITATIONES. 165

dem lancea transfixerit doloris matrem. cui, quamuis displiceret militis crudelitas in mortuum saeuientis, nullo tamen signo indignationem prodidit. Denique ad uesperam sextae feriae, (nec enim conueniebat in Sabbatho corpora mortua in cruce derelinqui) corpus Christi, extractis clauis de cruce, depositum pia mater brachijs suis excepit, religiosè amplexa est, & uenerata; crebriusque exosculans sacra vulnera, Patri aeterno in mundi salutem obtulit. Atque hic aliae quoque MARIAE, D. Virginis comites, miserandum in modum lamentauerunt. Dolor uero & planctus D. Virginis ideo, teste Anselmo, fuit uehementis, quia uehementis erat & amor, quo in Christum ferebatur, semper tamen cum ea honestate & grauitate iunctus, ut omnino reprehensione vacaret.

*Can. de B.
Maria l. 4.
c. 26. circa
med.*

*In Ioan.
c. 19. serm.
Stab iux.
cruce.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. Contemplare, quomodo MARIA cum filium suum uiuum recipere non posset, optarit habere mortuum: & antequam haberet, miles lancea latus eius, non sine horrore & dolore matris, operuerit.
2. Contemplare lamentabilem eius placentum, cum sacrum illud corpus in sinum suum deposuisset, cuius vulnera deuotè exosculabatur, & lachrymis lauabat.

L 2 3. CON

3. Considera, quanto dolore affecta sit **MARIA**, cum sacrum hunc thesaurum tradere debuit ad sepulturam: quantisque cum gemitibus & suspirijs à sepulcro a-
nnulla sit:

DOCUMENTA.

1. *Fili, disce à MARIA, quemadmodum gerere te debeas in morte tuorum carorum ac primum cogita, Deum cum sit benignus Pater, quicquid facit, aut permittit, facere ad salutem nostram, ut mentem ab amore creaturarum abstrahamus.*

2. *Hinc sequitur, nec conquerendi, ullam causam tibi esse, vel de deo, vel de creaturis, vel de sorte tua.*

3. *Nec sinas animum tuum magnitudine doloris traduci ad leue aliquod, vel in decorum opus designandum, obiecta semper ob oculos **B. MARIAE** modestia & gravitate.*

HISTORIA DE MARIA QUANDO VIDIT CHRISTUM RESUSCITATUM.

QUEM in locum **MARIA** se receperit, post Christi sepulturam, & ubi post resurrectionem **CHRISTUS** illi apparuerit, incertum est. Nicephorus tamen asserit, eam veritatem in domo Ioannis vicina monti Sion in vrbe Hierusalē: quod

ali. 2. Eccl.
hif. c. 2.